



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**De Rebus Iaponicis, Indicis, Et Pervanis Epistolæ  
Recentiores**

**Hay, John**

**Antverpiae, 1605**

De Residentia Firandensi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61204)

parui facio, ad solas animi epulas & consolationes anheo. De  
sub R. V. tutela patrocini sum, non admodum sollicitus  
de consanguineis, nec ullam in iis fiduciam colloco. Certa sit  
potius morituram, quam in domum alicuius gentilis vaquam  
dem illaturam: quocirca iterum obsecro, omnem lapidem  
ueat, ut ad istas partes vestras commigrare possim. Huc vsque  
stola. Paucis diebus post exaratam hanc epistolam, diuina legere  
rente sapientia, factum est, ut tam mater quam filia in agrum  
gasachanum venerint, ubi nunc cum magna sua consolatione  
versantur.

## DE RESIDENTIA FIRANDENSI

**F**IRANDI agunt duo è nostris, alter Pater alter frater,  
multo sudore vineam illam excolunt, quæ etiam magnam  
fit, (Dominus enim eius est à Christiana religione omnino  
alienus) est tamen in multas partes & insulas distracta. Suorum  
auget visitatio Ecclesiarum in Goto, quæ plus quam nonaginta  
miliaribus à Iaponia absunt, & ager Fatacanus. Quamquam  
laborem non parum imminuunt ipsi Firandenses, ut pote cura  
rigitate, seruire, & rerum diuinarum notitia cæteris Christianis  
longè præstant. Magno in pretio habent Sacramentum Confes-  
sionis & Eucharistiæ, non veteres modò, sed etiam noui Christiani  
ni, qui aiunt, se dum adhuc gentiles essent cognouisse, quam  
eraméta illa necessaria essent ad salutem. Apparuit id in Domini  
quadam Christiana Toni Firandensis nepte, cui cum post quatuor  
à baptismo suscepto mensem usurpandum esset Confessionis Sa-  
cramentum, ad inuendas sacras nuptias, peccata sua tanto  
sensu, iudicio, ordine Sacerdoti patefecit, ac si multos iam annos  
inter Christianos vixisset.

Confessiones hoc anno factæ plus minùs efficiunt numerum  
trium millium trecentorum & septuaginta. Communiones  
sunt centum octoginta supra mille, idque nõ solum per Quaresi-  
mum, sed etiam nascentis Christi feris: ac facerent frequentius  
si iis permitteretur. Ex adultis sacro baptismo initiati numerum  
rauimus 162.

Filius huius Toni Firandensis, natu major, quamuis Ethnicus  
sit, tamen cum à natura sit in virtutem propensus, & Christiani-  
rum mores non improbet, breui creditur ad Christum accedere  
maximè quòd speretur, secundum Iaponiæ morem, patet eius à  
domui & gubernationi Status renunciaturus. Hic iuuenis maritus  
morum.



monium inuit cum Domina, nomine Donna Mitia, Domini Baltholomæi filia, qui fuerat Omuræ Dominus: quæ etsi, vt habitat inter gentiles, nec copiam crebram habet Patrum, multisque iam annis nec concionem vllam nec sacrum audierit, tamen in fide & vera pietatis cultu constanterissima est: sic prorsus, vt vna cum faminis ancillis suis, quæ omnes ferè sunt Christianæ, operam omnem nauet, ne quicquam de seruore & deuotione, quam olim in rebus paternis exercuit, detrahat. Quotannis enim confessionis faciendæ causa Patrem aduocat in domum suam. nulla enim Firandi post inchoatam persecutionem mansit Ecclesia: &, quoties fieri potest, etiam frequentius confitetur. Cùm verò aliquando Patrem euocasset summa luce, & illi videretur potius in nocte expectandū, ne per urbem mediâ transiens agnosceretur, aut à socio repellam pareretur, respōdit se dedita opera id fecisse, vt omnibus cōstaret, ipsam nō nomine tantū sed re quoque, ipsa esse Christianā.

Corai Christiani quotannis semel visitantur, non sine fructu, sed labore ingenti, eo quod Insulæ illæ in varias partes sine diuisiōe. Gens natura est humana & facilis. Atque hac extrema visitatione multi gentiles, inque honorati, aures præbuere Euangelio, nec aliud expectatur, quam vt Tono Christiano ex Corai reuerso multi ad Christi gregem adiungantur.

Facatani hoc anno visitari nequeunt, propter Dominum ditioris dictum Cobaicaua, summum Chami & Fotochi cultorem, & sanctæ religionis nostræ hostem. Quotquot autem Christiani vel in urbe Facata vel in vicino agro versantur, admodum firmi & cōstantes sunt in fide, multosque gentiles iam permouere, vt Christo nomē dare ex animo velint. Cùm verò Christiani Facatenses cognouissent Patres ad se non venturos, multi longa itinera susceperunt, vt ipsi inuenirent aliquem Patrum. Excellunt operibus caritatis, ordinariè enim in commune conferunt elemosynas, quas postea erogant in pauperes. Et quia non ignorant Patres, qui villas agrumque Omuranum obeunt, magnam pati rerum omnium penuriam, ob egestatem Christianorum ibidem commorantium, Facatani, quantumuis 14 aut 13 leucis disuncti, omnia ad victum vestemque necessaria sæpenumero illis transmittunt.

Christianus quidam, qui iam olim ex amētia respuerat, & multis annis iudicio perfecto vsus fuerat, in vsurpandis sacramentis, audenda Missa, & aliis similibus, hoc anno in summam recidit mentis vāsaniam, sic vt omnia idola Chami & Fotochi in fanis Ethnicorum inuenta ad terram affligerit, fume ad collum ligato foras



foras traxerit, adiunctis multis probris & cōtumeliis & alia  
 ta confregerit & euerterit, nullo tamen damno hominibus illarum  
 Gentiles rei indignitate commoti mox scripsere ad eiuſdem pa-  
 triæ homines Christianos, percunctantes, num serid & ex  
 stria hæc ab homine facta essent; & si ita esset, scirent se eum  
 necem rapturos: sibi admodum probabile videri, tantam igno-  
 niam diis suis sine consensu Christianorum inferri potuisse. Verò  
 postea cum animaduernerunt hominem non esse comporem  
 ris, insciisque Christianis omnia facta, petierunt eum compe-  
 hendi & vinciri, quod & fecere, ad auertendum vniuersæ populi  
 tumultum, & ne terra Dominus gentilis factum hoc perpetuum  
 interpretaretur.

In insula Tacscima, quæ occurrit in itinere Coraiano, quæ  
 Taeni Camedoni filia, nomine MARIA, Domino terra maris  
 monio iuncta, qui vxoris suæ persuasione ad cultum veri Dei  
 aggregauit. Multi in ea baptismi flagrant desiderio: sed quantum  
 inter Coraianos & Iaponios, qui adhuc arces suas in Coraiobis  
 nent, de conditionibus pacis conuentum non fuerit, non potest  
 commodè eorum votis satisfieri. Etsi è primariis iam multi salu-  
 tari aqua abluti fuerint, ac bonus quidam Christianus cum facili-  
 tate Patrum vicena eorum capita hoc anno abluir. Loco concen-  
 nis hoc tempore Christianis illis est vitæ integritas bonaque ope-  
 ra Dominæ illius loci, de qua iam diximus.

#### DE COLLEGIO NANGASACHANO, ET RESIDENTIIS EI ANNEXIS.

**Q**UIA ad hunc portum Nangasachanum quocunq; annis  
 è Cina appellit, uti scriptum est alias, fit, ut exules omnes  
 & quotquot alibi sedem suam figere non possunt, per-  
 gum ad hanc ditionem habeant. Vnde videmus quoties  
 magnam fieri accessionem tum ad hominum numerum alim-  
 ventitantium, tum etiam ad frequentiam nouorum ædificiorum.  
 ac consequenter augetur & labor Patrum in illis instruentis. Et  
 terni, ut vident à Christianis his locis omnia teneri, & ipsi  
 aduolant ad cognoscendam Christi doctrinam, & salutifera aqua  
 se aspergi curant. Maximum ferè laborem nostri habent in  
 quod noctu diuque ab ægris confessionis causa crebrò euocantur.  
 non in vrbe modo, sed etiam extra illam à duabus tribusve locis.  
 etsi totum ferè laborem minuat ingens illud studium curandæ  
 Iuris iuræ, quod in his Christianis offendimus.